

*Pænitentiam agite,  
et batpizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu.*

Léctio Actuum Apostolorum

2, 36-41

In die Pentecóstes, dicébat Petrus Iudæis:

<sup>36</sup> «**C**ertíssime ergo sciat omnis domus Israel quia et Dóminum eum et Christum Deus fecit, hunc Iesum, quem vos crucifixístis».

<sup>37</sup> His audítis, compúncti sunt corde et dixerunt ad Petrum et réliquos apóstolos: «Quid faciémus, viri fratres?».

<sup>38</sup> Petrus vero ad illos: «Pæniténtiam, inquit, ágite, et batpizétur unusquísque vestrum in nómine Iesu Christi in remissionem peccatórum vestrórum, et accipiétis donum Sancti Spíritus;

<sup>39</sup> vobis enim est repromíssio et filiis vestris et ómnibus, qui longe sunt, quoscúmque advocáverit Dóminus Deus noster».

<sup>40</sup> Aliis étiam verbis plúribus testificátus est et exhortabátur eos dicens: «Salvámini a generatióne ista prava».

<sup>41</sup> Qui ergo, recépto sermóne eius, batpizáti sunt; et appósitæ sunt in illa die ánimæ córciter tria mília.

Verbum Dómini.